



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

concedere facultatem administrandi Eucharistiã, extremam vnctionem, matrimonium. *ex Cl. 1. de priuil. adde & baptismum*: nam pro sola confessione requirit approbationem Conc. Trid. Vide *Sanchez lib. 3. de matrimonio. d. 20. t. 1.*

Parochus mortiferè peccat, si vagantium matrimonio interfit: nisi post diligentem inquisitionem. Ordinarium de hoc moneat, ab eoque facultatem id faciendi consequatur. *P. à Ledes. q. 45. ar. 5. vers. Aliud dubium. ex Trid. Jes. 24. c. 7.*

Si vir solus sit vagans, aderit mulieris Parochus, si ambo, ille, à quo mulier Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta recipit. *Ledes. citat.*

P A R S.

PArs, sine additione, intelligitur medietas: secus si dicitur aliqua pars.

Patrinus, vide Baptismus, Matrimonij, impedimenta.

Peccatum, vide Contritio, Luxuria.

Peccatum mortale est, delectari consensu saltem, tacito in peccato mortali cogitato, si plenè aduertas, quod vulgò dicitur cogitatio morosa; secus est si delecteris non ipso peccato, sed sola de eo cogitatione speculatiua. vide *D. Tho. 1. 2. q. 74. art. 8. Syl. verbo dilectio.*

dilectio. qu. 1. Aiunt verò quidam, cum quis plenè aduertit malam esse cogitationem, & periculosam, negligitque reprimere, censendum esse tacitum quendam consensum.

à De peccato *Azor l. 4.*

* Vide *Lopez p. 1. ca. 1. Nau. c. 11. nume. 13. Caiet. verj. Delectatio morosa, & V. Luxuria. 13.*

2 Non est mortale cogitare sic apud se; Si peccatum non esset furtum, aut adulterium, &c. illud facerem: est tamen id periculosum, & euitandum.

3 De quo, cum factum est, licet gaudere, nō est licitum illud optare.

4 Non est putandum peccatum esse, quod boni facere solent.

5 Non est mortale facere rem licitam, etiam si in genere credas alicui futuram occasionē peccandi mortaliter, etsi quidam aliter sentiant. * Vide *Nau. c. 14. nu. 43. 44. 1*

6 Exponere se mortaliter peccandi periculo, mortale est, nisi causa aliqua excuset, vt proximi salus, aut necessitas aliqua; tūc enim sufficit nolle peccare.

* *Nau. c. 14. nu. 25. Tol. de 7. p. m. c. 22.*

7 Quidam putant licere occasionem alicui præbere peccandi, vt furandi, quo deprehensus emendetur; ego id facere non ausim. Permitti quidem possunt peccata minora, vt vitentur grauiora; sic enim permittitur meretricium, ne fiant adulteria: at dare peccandi

occa-

occasionem ex professo, non puto licere.

* Permitti } *Nau. c. 17. nu. 195.*

8 Putant etiam adulterium facere volenti, posse consuli, vt potius fornicetur; in quo mihi videntur decepti, non intellecto D. August. 2. de adult. concl. 15. Qui locus citatur 33. q. 2. Si quod. Vbi potius contrarium dicit. Licet quidem volentem alium grauius lædere, rogare, vt leuius agat; at malum suadere nunquam licet.

* *Nau. c. 15. num. 40. Vide Mol. d. 33. num. 3.*

At malum } *Sot. lib. 6. q. 1. art. 5. col. 4. vide Nau. c. 17. num. 263. Caiet. V. Tyrannus.*

9 Cooperari per accidens peccato alicuius, aiunt quidam posse excusari necessitate, aut utilitate: vt ad mouere scalam furari volenti, & minanti malum nisi obedias; aut dare enssem occidere alterum paranti, & tibi alioquin malum minitanti, aut dicere vbi sit; ornare heram meretricem, sternere lectum adulteræ dominæ, & huiusmodi quæ non sunt intrinsecè mala: nec fiunt intentione peccandi, sed vitandi damnum, aut aliquid consequendi; etsi id alij negant. Ego vix puto posse tales excusari. Imò non excusari captiuos, qui in triremibus Turcarum remigant, aut parant, & offerunt arma: docent *Nau. c. 27. nu. 63. & Tol. lib. 1. c. 24. * Vide Nau. c. 14. nu. 37.*

In triremibus } *Mol. d. 115. concl. 2. Sanchez l. 9. d. 31. num. 6. de matrimonio. Lopez p. 1. c. 66.*

V. iust.

Viual. de excom. num. 68. Corduba q. 137. sentiunt contra Nau. c. 27. numer. 63. excusantem huiusmodi remigantes ab excommunicatione nō autem à peccato. vide eundem Nau. conf. 5. de Iud. & Sar.

10 Facere id quod ex natura sua inducit ad mortale, est mortale. Tale quidam putāt pudentia detegere coram altero sexu, nisi forte causa rationabili, vt medicinæ.

* *Nauar. cap. 17. nu. 36. & facere idola, Ethnorum templa, eaque omnia quorum præcipuus vsus est. p. m. Nau. ibid. vide D. Tho. 2. 2. q. 169. ar. 2. ad 4. Nau. conf. 1. de Iud. nu. 9. 10.*

11 Non est mortale facere ea quibus alij possunt benè, & malè vtī, etsi plures malè vtantur, vt aleas, gladios, fucum, &c. etsi id quidā negant.

* *Vide D. Th. Nau. l. c. & c. 20. nu. 16.*

12 Peccatum veniale posse remitti sine mortali, alij aiunt; alij negant; remittitur quidem in habente gratiam. per opera charitatis, & per quædam Sacramentalia, vt aquam benedictam, & Episcopi benedictionem; item per tunctionem pectoris, Confessionem generalē, Orationem Dominicam, si rectè fiant; id est, cum aliqua deuotione, & reuerentia.

* *Aiunt Nau. c. 3. nu. 7. & c. de quotidianis, de pen. d. 3. num. 11. Dur. 4. d. 16. q. 2.*

Negant D. Thom. 3. p. q. 87. art. 4. cum alijs antiquis Theologis, Sor. d. 15. q. 2. art. 4. Val. t. 4. d. 7. q. 4. p. 3.

Per.

Per quædam } *Syl. vers. Peccatum. nu. 7. Nau. de quotidianis, de pæn. d. 3. num. 2.*

Addi. } Peccato alterius ad bonum vti possumus, *D. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 4. Caiet. ibid. vt à parato mutuum sub fœnore accipere. Nau. c. 14. nu. 39. Sot. l. 6. q. 1. art. 5. hanc statuens regulam.*

Quotiescunque quod petitur iuste fieri potest, & bona de causa petitur, tuo iure tibi licet vti, quamuis scias alterum peccaturum.

Peccatum lethale ibi esse non potest, vbi surreptio iudicium præueniens actum perficit. *V. Lopez p. 1. c. 40.*

Peculium, vide Clericus, Hereditas, Religio.

PECULIUM Castrense, aut quasi castrense (de quo filius pubes liberè disponit) dicitur, quicquid acquiritur ratione militis, aut officij publici, aut seruitij in palatio Regis; vt libri donati Professori publico, aut à patre filio absolutis studijs, & militi equus, vel arma, & quod ad militiam datur: item quod ea lege datur, vt castrense sit; & quod acquirit Clericus in sacris, aut beneficiatus; imò, secundum quosdam, qui est primæ tonsuræ, vt supra dictum in Clerico.

* Peculium } *Nau. c. 17. num. 141. Syl. vers. Peculium num. 2.*

2 Profectitiū, quod acquiritur causa patris, seu intuitu, in quo filius nihil habet iuris. **Nō** **cause-**